

Johann Bacmeister

Programma In Festo Pentecostes

Rostochi[i]: Pedanus, 1629

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734599757>

Druck Freier  Zugang



RU. Progr. 1629/a
Johannes Dacmeister
Progr. in festo pentecostes.

PROGRAMMA
IN FESTO
P E N T E -
C O S T E S,

P. P.

à

RECTORE
ACADEMIE ROSTOCHIENSIS
JOANNE BACMEISTERO,
Phil. & Med. Doctore & Professore.



Rostock
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.
ANNO MDCLXXIX

Ru. Progr. 1629



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOANNES BACMEISTERUS,
Phil. & Med. Doct. ac Professor.

Lluxit iterum hodierna die
lætissimum & jucundissi-
mum Pentecostes festum,
quo Lex divina, quinquage-
simo post eductionem po-
puli Israelitici, ex Ægypto
die, in monte Sinai Arabia
Petreae, Spineto pungente, inter fulgura & to-
nitrua est promulgata, atq; prima Pentecoste
Veteris Testamenti instituta: & quinquagesi-
mo die à gloriosa CHRISTI ex mortuis resurre-
ctione, expletis à prima Pentecoste annis 1550.
Spiritus Sanctus, in Apostolos effusus est vento,
sono & læto igne cordium & linguarum ac in
locum Pentecostes Veteris Testamenti substi-
tuta est nova Pentecoste in monte Sion, læto
con-

conspicuo, aperto, auroræ ac solis pleno & lucido, juxta Prophetiam Joelis & ipsius filij Dei Domini nostri JESU CHRISTI toties repetitam promissionem. Horum tantorum & tam insignium in Ecclesiam utriusq; Testamenti beneficiorum, horumq; temporum memoriam, Deus opt. max. clementissimè inter nos hætenus contra portas diabolorum conservavit. Oderunt enim extremè hanc doctrinam & hunc diem Sathanas, ejusq; organa & viscera impia. Apparet id ex memorabili & nota historia, quæ Goslaræ accidit ubi Episcopi Hildesienfis & Abbatis Fuldensis comites de loco, in templo regio contenderunt & ad gladios pervenerunt, ac cædas multas perpetrarunt, ita, ut sanguis cæsorum ex templo effluens, scalas templi imbuetet, & Rex ipse accurrens non in levi esset constitutus periculo. Sedata autem laniena, nihilominus jussus est chorus celebrare hunc festum diem, id quod factum est. Cumq; inter canendum perventum esset in sequentia prima, quam vocant: Cujus initium est, Spiritus Sancti adsit nobis gratia; ad finem, in quo hæc verba canuntur: hunc diem gloriosum fecisti: audita est vox horrenda reboans in medio templo & evomens hæc verba: hunc

diem cruentum ego feci: territis hac voce tur-
bis, cepit Rex, aliorum monitis, publicè dicere:
Tu perverse nebulo, qui cruentum nobis hunc
diem fecisti, pœnas dabis & Deo & nobis, & nos
iterum hunc diem gloriosum faciemus: atque
ita iussit addere altaq; voce canere: Veni Sancte
Spiritus, & mitte cœlitus lucis tuæ radium.
Quanto autem cum furore olim Montanistæ,
& hodiè Servetiani ac Antitrinitarij divinita-
tem Spiritus Sancti oppugnent, idipsum par-
tim historiæ Ecclesiasticæ, partim adhuc Polo-
nia; Hungaria, Transylvania loquuntur & te-
stantur: ut interim de antinomis nihil dica-
mus, qui legem Dei; quæ omnium legum hu-
manarum fons, norma, compendium, & sum-
ma, atq; ad eò æterna & immota regula justitiæ
& sapientiæ in Deo existit; ex Ecclesia ad pati-
bulum seu crucem sceleratissimè relegarunt.
De his diaboli furoribus, deq; his opposita Dei
optima bonitate, hodiernus dies, meritò com-
monefacere nos debet, & ad ardentem preca-
tionem & gratiarum actionem, consideratio-
nemq; earum, quæ hoc tempore acciderunt, re-
rum, animos nostros excitare. In veteri Pen-
tecoste promulgatur Lex Dei, norma illa, o-
stendens quales nos esse oporteat, & quàm pro-
cul

cul absumus à perfectione præscriptæ formæ:
& promulgatur inter tonitrua, fragores, ful-
mina, terribili voce Dei & clangore tubæ in-
mōte Sinai, dēfissimis nebulis cincto, tota terra
tremente. In nova Pentecoste, vento placi-
do & jucundo, visibili flammæ specie effun-
ditur Spiritus Sanctus in eos, qui conversis ad
Deum animis, promissionem Spiritus expe-
ctabant: ut tam illustri patefactione & miracu-
lo discernatur Lex ab Evangelio, & ut Evan-
gelij virtus commendetur, quod sit potentia
Dei ad salutem omni credenti: tum ut intelli-
gatur quod Evangelium sit ministratio Spiritus,
cujus beneficio, per Christi agnitionem,
in credentium cordibus lux fidei & consolatio-
nis accendatur, dilectionis flamma excitetur,
& regeneratorum linguæ, ad magnalia DEI
prædicanda, cœlesti igne renoventur & inflam-
mentur. Deindè Lex Mosaica promulgatur
sola Ebraica lingua: sed novi Testamenti Pen-
tecoste adfert variarum linguarum donum, ut
ostendatur Evangelium de CHRISTO non tan-
tum in unica gente & lingua Judaica, sed inter
omnium linguarum gentes, propagandum esse.
Consideremus igitur & accuratè expendamus,
admiranda Spiritus Sancti dona & immensa

beneficia. Illum nempe esse, qui universum mundum cum æterno Patre & Filio creavit & sustentat: in quo omnia sunt, vivunt ac moventur; qui ministerium verbi & sacramentorum, & per illud Ecclesiam Dei in mundo tuetur & conservat: qui mentem nostram cognitione veri Dei illustrat: qui voluntates nostras in obsequium & amorem Dei flectit: qui nos sanctificat & vivificat: qui peccantes retrahit, contumaces terret, dejectos erigit, turbatos consolatur, mortificatos vivificat, incedentes in vitæ novitate confirmat, pugnantes contra Diabolum, mundum & carnem roborat: qui orantium linguas & mentes dirigit: qui illam in cordibus nostris fiduciam accendit, quâ scimus, Deum nostrum esse patrem & nos Christi amicos & fratres esse, & filios Dei, & vitæ æternæ in CHRISTO JESU esse consortes & participes; atq; ad eò cujus beneficio æternæ vitæ gaudia etiam in hac vita prælibare incipimus, quando certò confidimus & novimus, nos esse in CHRISTO JESU, nihil in nobis condemnationis esse; nihil nos à dilectione Dei separare posse, quando nempe Spiritus Sanctus nostram filiorum DEI adoptionem in animis nostris obsignat, & Spiritui nostro contestatur, nos esse.

esse filios D E I, etiam in mediis hujus vitæ æ-
rumnis, in mediis tormentis, atq; adeò in me-
dia morte ipsa. O felices illos, in quorum ani-
mis hanc lætitiã Spiritus Sanctus excitavit ;
qui sibi illud dictum esse certò persuasum ha-
bent & norunt, quod roties Salvator noster i-
dentidem repetit : Confide fili ; remissa tibi
sunt peccata tua. Confidite, ego vici mundum.
Hæc in hodierno festo & toto vitæ decursu se-
riò sunt cogitanda, siquidem hujus festi solem-
nitates piis beneficiorum & operum Spiritus
Sancti meditationibus sint destinatæ, & veris
illis in D E O gaudiis impendendis. Deploran-
da itaq; imò detestanda est insana illorum ho-
minum malitia, qui hisce neglectis, in mun-
danis voluptatibus & concupiscentiis, à quibus
vel bruta animalia abhorrent, in contumeliam
Spiritus Sancti, flagitiosè transigunt. Ubi in-
primis Diaboli malitiam, optima D E I opera,
& piorum instituta, in horribilem abusum
deformantis, notare operæ pretium est ; qui
festum in honorem Spiritus Sancti institutum,
in Bachanalia aut etiam Aphrodisia turpissimè
transformavit. Cum autem nos, qui D E I fi-
lij, & viva Spiritus Sancti domicilia sumus, ma-
ximè deceat, hunc hospitem in cordibus nostris
habi-

habitantem, reverenter excipere & tractare; GK
non flagitiosis Diaboli & mundi operibus im-
piè rejicere & excutere, hortamur & obtesta-
mur omnes nostræ Jurisdictionis cives, ut cum
toto vitæ suæ tempore, tum hisce diebus à Spi-
ritu Sancto se doceri, corda sua repleri & ac-
cendi ardentè petant; pietatis, sobrietatis, mo-
destiæ, cæterarumq; virtutum verè studiosos
se & promiscua plebe nobiliores demon-
strent, ab omnibus nefandis actionibus suo or-
dine indignis, abstineant, neque sibi ipsis cala-
mitates & pœnas, atque adeò omnium bono-
rum odium & indignationem accersant. P. P.
in ipso festo Pentecostes Anni cl̄o l̄o CXXIX.



esse filios DEI, etiam in me-
rumnis, in mediis tormentis
dia morte ipsa. O felices ille-
mis hanc lætitiã Spiritus Sa-
qui sibi illud dictum esse cer-
bent & norunt, quod toties
dentidem repetit; Confide-
sunt peccata tua. Confidite, e-
Hæc in hodierno festo & toto
riò sunt cogitanda, siquidem h-
nitates piis beneficiorum &
Sancti meditationibus sint de-
illis in DEO gaudiis impenden-
da itaq; imò detestanda est in-
minum malitia, qui hisce ne-
danis voluptatibus & concupi-
vel bruta animalia abhorrent,
Spiritus Sancti, flagitiosè tran-
primis Diaboli malitiam, opti-
& piorum instituta, in horr-
deformantis, notare operæ pr-
festum in honorem Spiritus Sa-
in Bachanalia aut etiam Aphro-
transformavit. Cum autem
lij, & viva Spiritus Sancti domi-
ximè deceat, hunc hospitem in e-



the scale towards document

vita æ
in me-
um ani-
tavit;
um ha-
oster i-
ssa tibi
indum.
arsu se-
solem-
piritus
& veris
oloran-
um ho-
mun-
quibus
meliam
ubi in-
pera,
usum
; qui
atum,
ssimè
DEI fi-
s, ma-
ostris
habi-